

ponitur, vel in manu, quæ sceptro decoratur: sed tantum in humeris; de Christo D. loquens Jacob ait Gen. 49. n. 25. *Supposit humerum suum ad portandum.* Supposit humeros ad labores, ibi ut dignitas fulgeat. D. Ambr. lib. de benedic. cap. 6. sic ait. *Subjicit humerum suum ad laborem, subiciens se Cruci, ut nostra peccata portaret, ideo dicit Propheta, cuius Principatus super humerum ejus.* Hameri, qui pondus Crucis portaverunt, dignitatis gloria resplendant. D. Hieron. ubi in nostra vulgata est. *Factus est. Principatus, legit, facta est mensura super humerum ejus.* Quia ad mensuram meritorum, Dignitas, & honor conferendus est. Ubi fulgent merita virtutum, prudentiæ, Religionis, benignitatis, cum Religione, ibi dignitas conferenda est.

11. Veri Prælati symbolum optimè exprimit leo ille, qui interfecit Prophetam, eo quod cum esset missus ad denuntiandum Jeroboam supplicia imminencia; tamen divina mandata non observavit; nam cum ei esset præceptum, ne comederet in illo loco; comedit, & cum reverteretur in domum suam, invenit eum leo, & occidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere, & leo stabat juxta cadaver. 3. Reg. 13. n. 24.

12. Præclarus Dei minister iste leo, interfecit Prophetam, sed non attingit carnes ejus, observavit commissionem sibi factam. Quia enim ei mandatum est, ut illum interficeret; hoc leo præstat, minimè tamen dilacerat cadaver, ac in frustra cecidit hoc ei non est datum. Verus Dei minister adimplet ordinem sibi datum, illum verò excedere ad diaboli satellites pertinet.

13. Quid deinde agit leo, stabat juxta cadaver, illud custodiens; concurrebant Lupus, pardus, ursus, ut cadaver comederent, leo, custodiebat. Attabant animalia videntes Cadaver; & jejunabant, & nihil comedebant, leo etiam abstabat & jejunabat, & non comedebat. Optimus Prælatas, qui si facit aliquos jejunare, etiam ipse jejunat, jejuniumque observat.

14. Deinde quid agit leo, interfecit Prophetam, corpus tamen custodivit, ut debito sepulturæ officio honoraretur. Planè Dei minister erat, qui castigat, & honorificat, sic supplicium infert, ut debitam reverentiam impendat. Tandem leo hominem Dei interfecit ut peccatorem, ac ut Prophetam veneratur, ut notat D. Gregorius lib. 4. Dialogor. cap. 24. *Leo ergo, ait, qui prius peccatori vitam necave-*

rat, custodivit postmodum cadaver justi. Ut peccatorem pena afficit, ut justum honore prosequitur; Bonus enim Prælatas delinquentes plectit, bonos multa reverentia honorificat.

15. Aaronis virga in tabernaculo floruit Num. 17. n. 8. *Inveni geminasse virgam Aaron in domo Levi, in gentibus geminis eruperunt flores, qui foliis dilatatis in amygdalas definiti sunt.* Tamen in Ægypto eadem virga vertitur in colubum. *Tulit virgam coram Pharaone, & servis ejus, quæ verja est in colubum, & devoravit virga Aaron virgas eorum.* Exod. 7. n. 10. Cur ergo eadem Aaronis Virga in Ægypto vertitur in serpentem; in tabernaculo verò flores & fructum profert. Ecce virga boni optimi Prælati, quæ erga serpentes venenosas Ægypti, serpens est a eas devorandas, & consumendas, erga verò bonos in tabernaculo fervientes lenis & suavis, proferens flores, ac fructus dulcissimos.

16. Ait Regius Vares Psal. 106. n. 23. *Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei & mirabilia ejus qui profundo.* Quem locum D. Bernardus serm. de tribus Ecclesiæ ordinibus in capitulo explicat de Patribus, ac Religiosis in ipso capitulo. Quoniam sunt isti qui descendunt in mare in navibus, ait Bernard. *Vos venerabiles fratres, ac coabbates nostri de numero Prælatorum.* Nam ipsa prælati dignitas, est veluti navis, quia ei traditur domus, & conventus ad regendum; *Facientes operationem in aquis multis;* In magna nempe contradictione, ac commotione aquarum; sed quæ navis tantæ aquarum vehementiæ poterit resistere; ea nempe quæ fuerit charitate compaginata, quia *aque multe non poterunt extinguere charitatem,* & ideo ad munimen, ac soliditatem tria sunt necessaria prælati, juxta Apostol. 1. Timoth. 1. num. 5. *Charitas de corde puro, conscientia bona, fides non ficta,* quæ sunt explicanda. *Charitas de corde puro,* ut desideret prodesse, & non præesse. *Conscientia bona,* ut sincerè, sine odio & amore se habeat in actionibus capitularibus. *Fides non ficta,* quam debet habere erga bonum suæ Religionis, & qui talia præstiterint, *ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia in profundo,* ut explicat Nibenensis ex sententia Rabbiorum, quod illi, qui videbantur minus idonei, sint valde apti & convenientes, ut Deus per illos multa ad Religionis bonum spectantia operetur.

DEO DANTE

II. Tomo dabimus quedam ad funeralia, & alia spectantia.

R.P.D. FR.



R. P. D. FR. JOANNIS
DA SYLVEIRA,
 COMMENTARIORUM
 IN APOCALYPSIM
 Beati Joannis Apostoli;
TOMUS PRIMUS.

PRÆFATIUNCULA.



AGNUS Philippus Abbas in exordio in Cantic. sic ait: *Præclara nobis est tractatio de supremo Capite, ac Principe nostro Christo Jesu, qui est sponsus totus candidus, ac rubicundus; de ejusque sanctissima Genitrice, quæ est speculum sine macula, & vocata est de Libano, ut esset coronata de capite Amara, de vertice Sanir; de ejusque dilectissima sponsa Ecclesia, quæ turris consistit David; adificata cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium Apostolorum, Martyrum, Confessorum.* Præclarissima sanè nobis est tractatio de supremo Capite nostro CHRISTO JESU, ejusque sanctissima Matre; de quibus jam egi per quinque Tomos in Text. Evangelicum. Restat ut modò dicamus de ejus dilectissima Sponsa Ecclesia, de qua totus hic liber Apocalypseos differit, de ejusque variis eventibus, qui temporum successione variè acciderunt, cum multis tyrannis, ejus persecutoribus; ac tandem de ultima persecutione Antichristi usque ad finem mundi: in quibus omnibus ejus milites, Apostoli, Martyres, Confessores, ac Virgines fide, ac verbo Dei armati, gloriosè resplendent; quorum illustrissima facinora in hoc Apocalypseos libro, tanquam in simbolo, ac ænigmate continentur: cujus expositionem, Deo dante, & sanctissima Maria Vierge. auxiliante, aggredimur.

Philip Abb.
 Cantic.
 Sapient. 7.
 Cantic. 4.



TITULUS LIBRI

Apocalypsis Joannis Apostoli.

ARIÆ LECTIONES.

Aræus ac Pagn. Apocalypsis Joannis Theologi.

Syracus. Visio Joannis Apostoli, & Evangelistæ.

Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.

Syracus. Revelatio, quæ facta est super Joannem Evangelistam à Deo, in Pathmos insula, in quam ejectus fuit à Nerone Cæsare.

Tygurina. Apocalypsis sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ Theologi.

QUÆSTIONES PROEMIALES circa Titulum Libri.

A QUÆSTIO

QUESTIO I.

De nomine, ac titulo hujus Libri.

1. Vox Græc.

Hic liber dicitur Apocalypsis: Vox est Græca, idem sonans ac revelatio; & quamvis totus hic liber Græco idiomate à Joanne scriptus sit, ut infra dicam; & de Græco originali omnia in linguam Latinam translata sint, tamen sola nominis appellatio intacta permansit, ob magnam venerationem tantorum Mysteriorum quæ in loco libro manifestantur, ac revelantur, ut latius ex Ruperto dicam, q. 1. in cap. 1.

Magna veneratio tantorum Mysteriorum.

2. Vulgata Græcus. Pagnin. Arabic. Syriac. Tygarin.

3. A quoniam titulus inscriptus.

La Haye.

4. Joannes Evangelista dicitur Theologus.

Dion.

Niceph. Origen. D. Athan. D. Epiph.

5. Valde sublimis est doctrina Apocalypsis.

D. Dionys.

Titulus hujus libri in nostra Volgata sic se habet Apocalypsis B. Joannis Apostoli Græcus; Apocalypsis Joannis Theologi. Et eodem modo habet Pagnin. Arabicus verò sic scribit: *Vista Joannis Apostoli, & Evangelista Syriacus: Revelatio, qua facta est super Joannem Evangelistam à Deo in Patmos insula. Tygarin Apocalypsis sancti Joannis Apostoli, & Evangelista Tæcologi.*
Maximè investigandum est, cur in titulo libri Canonici tanta sit diversitas, ut quidam scripserint, Joannem Theologum tantum, alii solum Apostolum; alii verò Apostolum, & Evangelistam; alii tandem Apostolum Evangelistam, ac Theologum: Respondemus, in hoc libro manifeste inveniri, quod in aliquibus libris Canonici observatur; eorum nempe inscriptiones, seu titulos non à Sacris Scripturis fuisse appositos, sed ab Ecclesia, seu à gravissimis, & antiquis auctoribus, ut advertit R. M. Joannes de la Haye, quaest. 19. Prologomena; & ex initio primi capituli Apocalypheos constat, quod Joannes magna consideratione ab omni titulo se abstinerit. Sic enim incipit: *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus.* Quo tacite innuere videtur, se recurre omnem titulatum, ac inscriptionem nominis sui, & Deum dicere auctorem harum revelationum.

Dices tamen, quare Græcus, & Latinus non conveniunt in titulo, cum Latinus ex Græco textum reddiderit: Nam Latinus habet: *Apocalypsis Joannis Apostoli, Græcus: Joannis Theologi.* Respondeo, ut fiat omnibus evidens, quod hic liber est verus, ac legitimus Joannis Apostoli partus: nam si diceretur Joannes Theologus, poterat quis in dubium revocare, an esset alius Joannes; quamvis Theologi nomine ipse apostolus designetur; ut patet ex Dionysio areopagita Epistol. 10. ad Joannem sic scribente; *Joanni Theologo, & Evangeliste in Patmos insulam, relegato.* Nostrumque Joannem Theologum appellant Enodius teste Nicephoro lib. 2. histor. cap. 3. Origen. homil. 2. in diversos. D. Athan. in synop. Epiph. haref. 5. tamen ad tollendum omne dubium dicitur Joannis apostoli.

Inquires tamen; cur nomen Theologi præcipue in hoc libro, Joanni à Græcis tribuatur, scribitur enim: *Apocalypsis Joannis Theologi.* Multum existimant, D. Dionysium areopagitam, aut alium similem antiquum Patrem hujus tituli auctorem esse, ut denotetur, altissimam, ac valde sublimem esse ejus libri Theolo-

giam, ac doctrinam; ut nobis tradit idem areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarch. §. 4. Arcanam illam, ait, mysticamque visionem discipuli dilecti divinis, acque super mundialem Jesu Theologiais, qui divinarius sunt capaces, exposuit.

QUESTIO II.

Liber Apocalypsis Propheticus est sublimis, & altæ doctrinæ.

DE fide est, apocalypsim vram, & prophetiam esse Prophetiam: à Sacra pagina Apocal. appellatur Prophetia; cap. 1. num. 3. *Beatus vir, qui audis, & legit verba hujus Prophetiæ.* Et cap. 2. num. 10. ait Angelus Joanni: *Ne signaveris verba Prophetiæ libri hujus; & ibid. n. 19. si quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ hujus.* Probaturque ex Etymologia ipsius nominis Prophetiæ, quæ juxta radicem Græcam idem est ac prædictio eorum, quæ præcedunt. Juxta D. Isidor. 7. Etymolog. cap. 8. qua usus est D. Thomas 2. 2. quaest. 171. art. 1. D. Gregor. homil. 1. in Ezech. D. Irenæ lib. 4. cap. 37 Prophetiam sic definiunt. *Forum esse, quæ post erunt, præsignationem.* atqui Joanni in hoc libro apocalypsis multa sunt revelata, & manifestata, quæ per oculum erant, & postea erunt usque ad finem mundi, ut patet ex toto ipso libro; ergo hic liber vera Prophetia est.

Cujus tanta est excellentia, ut dicat D. Hieron. Epistol. ad Paulinum: *Apocalypsis Joannis tor habet Sacramenta, quor verba; parum dico, pro merito voluminis laus omnis inferior est; in verbis singulis multiplices latent intelligentia Et Dionys. Alexandrin. apud Eusebium lib. 7. D. Dionys. Histor. Ecclesiast. cap. 23. Admirabilem, inquit, in singulis capitibus rerum expectationem contineri suspicio; etenim ubi illum non intelligo, alioquin quemdam sensum verbis ineffe cogito, neque de illis meo intellectu inquiri, & invenio, sed fides potius acquiescens, sublimiora illa, quæ a me intelliguntur, etiam puto.*

Et quanta sit sublimitas, ac excellentia hujus libri, inter cætera sacra Scripturæ volumina, ex eo patet, quia ultimus Bibliorum liber est Apocalypsis: ultimam ergo manum, & coronydem Evangelis, & Sacra Scripturæ; hac Apocalypsi D. Joannes imposuit Richard de S. Victore lib. 7. cap. 1. sic ait: *Liberum hunc non solum esse Evangelium, sed in Evangelicæ doctrina, sicut ultimum, ita et summum locum obtinere, ac in ipso Sanctam Scripturam ad modum arboris cacumem extulisse.*

Ex quo rectè Ioachimus abbas lib. de flore, hanc Prophetiam omnibus aliorum Prophetiarum vaticiniis antepont: id, quod tum ex auctore, qui supra pectus domini in cena recubuit, ex eoque tanquam ex perenni fonte Sapientiæ altissimam rerum divinarum cognitionem hausit, tum etiam ex visionum maiestate, ac splendore, quæ omnibus veterum Prophetarum visionibus antecellit.

Quod etiam patet ex rerum dignitate, de quibus agit; nam ut ait Beda Præfatione in apocalypf. in eo dantur documenta ad rege-

6. D. Isidor. D. Thom. D. Greg. D. Irenæus.

7. D. Hieron.

8. Valde sublimis est doctrina Apocalypsis.

9. Apocalypsis corona Evangelis, ac Bibliorum.

Richard.

10. Ioach. Abb.

11. Apocalypsis præstantior Prophetia veteribus.

QUESTIO III.

Quoddam sit argumentum quæ sit materia Apocalypheos.

VARIA sunt Doctorum placita in hac re; in qua valde longum esset, omnia eorum fundamenta, ac impugnationes referre; ad compendium rem reduceo.

Prima sententia est, quam tenent Abbas Joachim, Uberrinus, & Seraphinus, & alii, qui putant, hic describi septem virorum status, qui pro diversis temporibus in Ecclesia Dei floruerunt, Apostolorum nempe, Martyrum, Doctorum, Anachoretarum, Virginum, Pastorum, ac Monachorum.

Secundò, Tichonius Primasius, Beda, quos ferè sequuntur Ansbertus, Anselmus, Rupertus, Haymo, Richardus, Hugo, Thomas, Dionysius, & alii, qui dicunt generaliter in apocalypfi describi bella, ac diffidia inter probos, & improbos, eorumque finem, ac exitum.

Tertiò, alii existimant, in apocalypfi describi prima tempora Ecclesiæ, & sigillatim Ecclesiæ bellum cum synagoga, ac cum gentilitate, & de utraque summi declarati triumphum Ita Salmeron tom. 16. prælud. 7. in apocalypf. Cui opinioni adhæret Alcazar, qui ample, ac latè contendit, apocalypsim esse unum & continuum ænigma, quo perleganter describuntur Ecclesiæ Romanæ, præcipue primitivæ, triumphus, & gloria. Hanc expositionem latè impugnat Cornelius à Lapide.

Quartò, alii, ut Lyranus, Antonius, Aureolus Joannes annius viterbien. existimant, in apocalypfi designari futuros Ecclesiæ eventus per varias ætates, non tamen omnes, sed tantum aliquos illustriores. Hanc sententiam latè refutat Pererius dis. 8.

Dico ergo cum quinta, & ultima sententia, totum argumentum Apocalypsis esse, quod Joannes primo proponit statum Ecclesiæ sub suo tempore, corrigique ac corrigit moris septem Episcoporum, ac Ecclesiarum Asiæ, deinde Joannes à cap. 4. usque ad finem, more Prophetico prædicat eventus futuros Ecclesiæ, maximè in fine mundi, Antichristi tempore. Hoc assertum expressè tradit Rupertus dicens: *Apocalypsim continere, qualis fuisset, qualis tunc esset; & qualis futurus esset Ecclesiæ status. Etque adhærent Viegas, Pererius, noster Claudius à Monte Martyrum, Cornèlius, R. M. Joannes de la Haye, & alii.*

Probatur hæc sententia ex cap. 1. Apocalypf. n. 19. *Scribe, quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.* Cum dicitur quæ sunt, denotat ea, quæ eo tempore, quo tradita est Joanni apocalypsis, fiebant in Ecclesia; cum verò additur: *quæ oportet fieri post hæc.* Cum dicitur simpliciter post hæc non definitè designantur hæc, vel illa, sed significantur omnia, quæ post tempus acceptæ Apocalypheos ventura erant in Christi Ecclesia usque ad finem mundi; & tandem venturum Domini judicium, & sicut ipse primus Christi adventus extitit annuntiator, & Evangelista, sic & secundi adventus à Deo designatus est, ut esset Propeta ac Præannuntiator.

Pròindeque totius Argumenti series hæc est, Primò,

11. Lumen præstantius. 2. Cor. 3.

Ephes. 3.

12. Apocalypsis excellentissima Prophetia novi Testamenti.

13. Dices, Joannem Baptistam excellentiorem fuisse Prophetam; de eo enim testatur Christus Matth. 11. n. 9. *Quid ex illis videtur Prophetam? etiam dico plusquam Prophetam in ordine ad Prophetas veteris Testamenti, quorum respectu ipse est plusquam Propeta, nam quod antiqui Propeta prædixerunt, ipse non solum pronuntiavit, sed etiam digito ostendit, at in hoc eum præcedere videtur noster Evangelista, nam ille solum populo Hebræo Christum ostendit; at Evangelista universo orbi, in omnem terram enim exivit illius sonus; illumque plenius cognovit, audiendo altissimam doctrinam ex ore eius, supraque pectus eius recumbendo, ex quo fluentia Evangelii potavit.*

Matth. 11.

Apocalypsis si revelatio libri facta inde ceteris vaticiniis præstantior.

das Asiæ Ecclesiæ; aperitur gloria Agni altantibus quatuor animalibus; ac viginti quatuor senioribus, cum magna Beatorum multitudine, referuntur generales totius Ecclesiæ concertationes sanctorumque palma; ac trophæa, describiturque totius Beatitudinis ornatus, gloria, pulchritudo, ac maiestas; pro quo vide q. 1. in cap. 1.

Idque etiam probatur ex parte luminis Nam Joannes in Apocalypfi sua, majus lumen Propheticum accepit, quam veteres Propeta, quod patet ex 2. Cor. 3. n. 18. *Nos vero revelata facie gloriam Domini specularantes in eadem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Et ad Ephes. 3. n. 5. *Aliis generationibus non est agnitus filius hominum; nunc nunc revelatum est sanctis Apostolis, & Propheis in spiritu.* Propeta autem nomine non intelliguntur hoc loco veteres illi antiqui Testamenti s. d. ii qui in lege Evangelica vaticinandi, ac futura prædicandi divinitus à Deo virtutem acceperunt: hi enim appellantur hoc loco Propeta; in spiritu, id est, per Spiritum sanctum, ut communiter habent Interpretres ad citata loca.

Imò hæc Apocalypsis Prophetia excellentissima est in novo Testamento, proindeque Joannes nobilior est Propeta omnibus novi Testamenti Propheis; hoc satis est evidens, nulli enim tanta revelata fuerunt, nec tam abundanti lumine, ut nostro Joanni, ergo ipse excellentior ceteris est.

Ultimò comprobatur, ac demonstratur excellentia hujus libri; nam alii Vates dicunt visionem suam, vel visiones, seu verba Dei ad eos; Visto Isaia; verba Ieremia; verbum Domini, quod factum est ad Osee, &c. At hic liber sublimis inchoatur: *Apocalypsis Jesu Christi, id est, revelatio facta Jesu Christo, ut homini, quam dedit illi Deus, quam in primo instanti suæ Incarnationis, dedit illi Deus Pater; Palam facere servis suis; suis nempe fidelibus in eum credentibus, ut cum communi sententia dicam verf. 1. Et quantum Christus omnibus Propheis magis excellit, tanto est præstantius, ac nobilius opus revelationum Jesu Christo, seu revelationes, quæ factæ sunt Jesu Christo, quam visio Isaia; seu quæ factæ est Isaia; seu verbum Domini ad quempiam alium ex Propheis. Hic autem liber Apocalypsis est revelatio facta à Deo Patri, Filio suo Jesu Christo, qui per Angelum suum Joanni manifestavit.*